26./

a) filio c

filia[a] Wiperti, uxor Dedonis comitis, proprietatem suam Groytz dedit Dedoni, filio Conradi marchionis, quem loco filii nutrierat. Ipsa autem obiit anno Domini mo cXLIIII[b] XVII kl Junii. Otto marchio Misnensis duxit uxorem Hedwigim, filiam Alberti marchionis Brandinburgensis de Saxonia, de qua genuit filios Albertum et Theodericum et filias Adelam et Sophiam. Sophia nupsit Odalrico duci Bohemie, qui genuit ex ea Agnetam Gerensdensem monacham. Mortuo autem Odalrico Sophia nupsit burggravio de Regensburg. Adelam dux Odackarus, qui postea fuit dux Bohemie, quique genuit ex ea filium Vredislaum et tres filias, quarum una nupsit regi Dacie, alia Hinrico comiti de Ortenberg, Tercia canonizata est in Gerenrode. Postmodum autem Odackarus et Adela propter notam consanguinitatis separati sunt anno Domini mocoLXXXVII. Ludewicus comes Thuringie captivavit Ottonem marchionem, sed precepto Frederici imperatoris relaxatus est anno Domini moc LXXXVIII. Albertus, filius Ottonis, ipsum captivavit. Imperator vero missis nunciis eum absolvit et filio reconciliavit. Anno Domini mocoLXXXIXo Otto marchio fundavit monasterium, idest Cellam de ordine fr. Cysterciensium, et ille Otto eodem anno moritur et ibidem sepelitur. Albertus marchio, filius eius, duxit uxorem filiam Frederici ducis Bohemie, fratris Odackari, ex qua genuit filiam, quam Hermanno de Lovedeburch uxorem dedit. Anno Domini mocoXXV

b. mocLXXXLIIII c. LX del.

+ fCCXLIXa.

Cella fundatur in Missena